



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale,|| In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XX. V. semper circumstantia loci & temporis inducant nouum peccatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Caput III. De Qualitate

decreuit: Colligitur præterea, etiam eas circumstantias in Confessione explicandas esse, quæ speciem peccati mutant; quòd sine illis, peccata ipsa, neque à poenitentibus integrè exponantur, nec Iudicibus innotescant; & fieri nequeat, vt de grauitate criminum rectè censere possint, & poenam quam oportet pro illis, poenitentibus imponere. Vnde alienum est à ratione, docere, circumstantias has ab hominibus otiosis excogitatas fuisse; aut vnā tantū circumstantiam confitendam esse, nempe peccasse in fratrem.

Quæstio *Sempérne circumstantia loci & tem-*
XX. *poris inducunt nouum pec-*
catum?

Respōsio. **Q**Uibusdam visum est, quòd nō, nisi quando ipse locus, vel dies est obiectum prauæ voluntatis; vt si quis velit fornicari, vel furari intra Ecclesiam, seu in die festo, nouum esset peccatum ex circumstantia illa.

Aut si quis in loco sacro faciat aliquod opus, quod impediatur ea, quæ in Ecclesia fieri debent, qualia sunt; celebrare, officium Ecclesiasticum dicere, mortuos sepelire, ad Ecclesiam confugientes defendere, Confessiones illic audire, &c. Illa igitur peccata, quæ hæc religionis & pietatis officia remouantur, mutant speciem ex circumstantia loci.

Verūm

Verum quicquid sit de his dicendi modis, videtur nunc breuiter, quod siue homo committat peccatum opere, siue sola voluntate, in loco vel tempore sacro, potest se tripliciter habere: Vel enim in loco sacro peccat sciens & prudens, vel ignoranter, idq; crasse, seu affectate, vel per ignorantiam inuincibilem.

Si primo modo, non dubito, speciale peccatum committi, ratione loci sacri, qui ad colendum D E V M specialiter est dedicatus, & consecratus, ratione cuius, illi sua debetur reuerentia; ac proinde qui in tali loco scienter peccat, videtur specialiter offendere D E V M.

Similiter, si peccet in loco sacro ex ignorantia crassa; quia cum extenuet ignorantia crassa, non excuset in vniuersum a peccato, licet nonnihil tamen definit peccare contra D E V M. Exemplum est clarum; si quis sacris initiatus sit ordinibus, velit uxorem ducere, siue sciat, aut aduertat, non dubium, quin peccet ob circumstantiam personæ, seu voti.

Si verò inuincibiliter ignoret homo ille, se in loco sacro, vel tempore sacro peccare; tunc non duplici, sed simplici peccato peccat; nec opus est circumstantiâ in hoc casu confiteri.

Estne circumstantia personæ necessariò confitenda?

*Quæstio
XXI.*

F 7

Dubium